

absque neccessitate publice mendicare, sepiusque et presertim diebus sabbati superioribus aut magistris suis predictis et sibi ipsis mutuo delicta sua confiteri et a dictis magistris et superioribus in oracionibus et plagis, quas disciplinas vocant^{ee}), penitencias recipere claves ecclesie sibi fallaciter usurpantes, illas quoque, que ritus huiusmodi ad unguem non observant, ab earum^{ff}) consorcio et hospiciis eicere seu repellere, necnon a religiosis²²⁰) eucharistie sacramentum^{gg}) — non habita super hoc presbyteri parrochialis licencia speciali nulloque^{hh}) super hoc munite privilegio — recipere dampnabili²²¹) temeritate presumpserunt etⁱⁱ) — contra dictos et alios super hoc editos canones^{jj}) — presumunt incessanter, penas et sentencias excommunicationis et alias in dictis canonibus ob^{kk}) hoc latas^{ll}) dampnabilibus^{mm}) incurrentes et pertinaciter sustinentes; nonnulla²²²) etiam aliaⁿⁿ) sub simulata quadam sanctitatis specie faciunt et committunt, que oculos divine maiestatis offendunt et grave continent in se periculum animarum. Cum^{oo})²²³) itaque talium dampnata temeritas in fidei katholice detrimentum, fidelium scandalum, et suarum et aliarum multarum animarum perniciem redundare noscatur, nos, huiusmodi periculis et scandalis ex debito pastoralis officii cupientes posse tenus obviare dictasque mulieres ab erroris semita revocare, vobis universis et singulis nobis subiectis, quibus presens noster processus dirigitur, in virtute sancte obediencie et sub pena suspensionis ab^{pp}) officio vestro divinorum, quam^{qq}) trium dierum monicione premissa^{rr}) ferimus in rebelles, districte precipiendo mandamus — non subditos autem requirimus et hortamur in domino —, quatenus proximis tribus diebus dominicis et festivis, quibus populis vobis^{ss}) predicare et verbum dei preponere continget,

ee) nominant M ff) eorum CM gg) sacramento C
 hh) nullo C ii) fehlt CM jj) folgt et CM kk) ab hac statt ob hoc C
 ll) folgt et M mm) dampnabilibus C nn) fehlt W oo) Glosse: Hic procedit W (= Heinrich von Sachsen) pp) ad M qq) quem M rr) premissis M ss) vos CM

²²⁰) Die folgenden Sätze sind in der Formulierung an den hier in erster Linie allegierten Canon *Religiosi* des Viennener Konzils angelehnt (c. 31, ed. Conc. Oecumen. Decreta, ³1973, S. 387 f.; = in Clem. 5. 7. 1; ed. Friedberg 2, 1186 f.), der die Kompetenzenverteilung zwischen Kuratklerus und exemten Orden bezüglich letzter Ölung, Eucharistiespendung und Eheschließung regelt. Vgl. auch unten Beilage Nr. 15 S. 179.

²²¹) Die Wendung *dampnabili temeritate presumpserunt et presumunt incessanter* stammt wieder aus der Bulle *Sancta Romana*.

²²²) Das Folgende ist Zitat aus *Ad nostrum*.

²²³) Vgl. zum Folgenden wieder die Bulle *Sancta Romana*.